



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

Sequitur titulus de ordinibus ce-
 lebrandis: ubi primò sciendum
 est, secundum consuetudinē Roma-
 nae ecclesiae, cum Papa solēniter cele-
 brat, sex habere secum ordines Cle-
 ricorū: Episcopos, Presbyteros, Dia-
 conos, Subdiaconos, Acoluthos &
 Cantores. Ipso senario numero desi-
 gnatur p̄fectio, eò quòd redditur ex
 suis partibus aliquoties aggregatis:
 significat aut̄ perfectionē, quae debet
 esse in ecclesiae ministris. Et sex mi-
 nistrorum ordines legimus fuisse in
 veteri Testamento: Pontifices, Sa-
 cerdotes, Levitas, Nathinaeos, Ia-
 nitores & Cantores. De quibus in
 Epistola Artaxerxis ad Esdram: 1. Esd 7.
 Notū facimus vobis de uniuersis sa-
 cerdotibus & leuitis, cantoribus &
 ianitoribus, Nathinaeis & ministris
 domus DEI, ut eis vectigal & tri-
 butum & annona nullatenus impo-
 natur.

De ordi-
 nibus ce-
 lebran-
 dis, quos
 confert
 ijs, de
 quibus
 legimus
 apud Es-
 dram in
 veteri te-
 stamēto:
 & hoc ca-
 pit. agit
 de 4. mi-
 noribus
 ordini-
 bus.

1. Esd 7.

natur. Sunt enim septem ordines, septiformem gratiam Spiritus sancti representantes: quatuor minores, & tres maiores, de quibus serio prosequamur. Primi igitur sunt Ostiarii, qui ianitores dicti sunt in veteri Testamento. Unde in primo

1. Para.

Paralip. Per quatuor ventos erant Ostiarii, id est, ad Orientem & Occidentem, & c. Et sequitur: Quomodo quatuor Leuitis traditus est numerus Ianitorum, & erant super sacrarium, vel super exedras & thesauros domus domini, per gyrū quoque templi domini morabantur in custodijs suis, ut cum tempus fuisset ipsi manē aperirent fores. Et in 2. eiusdem: Constituit quoque ianitores in partes domus domini, ut non ingrederetur eā immundus, & c. Inde est, quod quando ordinantur, suscipiunt claves Ecclesie & tangunt ostium. & audiunt ab Episcopo: Sic
agite,

agite, quasi reddaturi rationem pro
 ijs rebus, quæ his clauibus recludun-
 tur. Tunc autem Ostiariorum offi-
 cium peragunt, cum aliquem per fi-
 dem in Ecclesiam introducunt. Vn-
 de Aug. super Ioannem 42. home-
 lia: Ego veni ut vitam habeant, hoc
 est, fidem, quæ per dilectionem ope-
 ratur, per quam fidem in ouile in-
 grediantur ut uiuant. Secundo suc-
 cedunt Lectores. Vnde legimus in
 veteri Testamento Esdræ fuisse
 lectorem. Sicut scriptum est in eo. 1. Esdr. 7.
 dem Esdra: Dixerunt Esdræ scri-
 ba, ut afferret librum legis Moyse.
 & sequitur, Stetit autem Esdras
 scriba super gradum ligneum, &
 aperuit librum coram omni populo.
 Dicit autem Isidorus, quod hic or-
 do sumpsit initium à Prophetis. Un-
 de accipiunt ab ore Episcopi: Acci-
 pite, & estote verbi Dei relatores
 habituri partem, si fideliter & uti-
 liter.

liter impleneritis officium vestrum cum his, qui verbum DEI bene administrarunt, & ideo dat eis codicem diuinarum lectionum, ad Dei verbum annunciandum & legendum distinctè & expeditè seruans differentiam accentuum, & representans modos & diuersitates affectuum vtentes nunc voce indicantis, nunc dolentis, nunc interpretantis, nunc exhortantis.

Act. 19. Tertio succedunt Exorcistæ, de quibus dicit Beda super Acta Apostolorum. Refert Iosephus Regem Salomonem excogitasse, suamque gentem docuisse modos Exorcismi, hoc est, coniurationis, quibus immundi Spiritus expulsi ab homine, reuerti ulterius non sunt ausi. Hi cum ordinantur, audiunt ab Episcopo: **Conc. Thole. Act. 23.** Accipite, & commendate memoria, & habetote potestatem ponendi manus super Energuminos, siue bapri-

baptizatos, siue catechumenos: unde tradit eis codicem, in quo scripti sunt exorcismi. Exorcista autē tam in templo Salomonis, quā sub Esdra. Vnde August. in libro de beata vita: Quantum intelligo, Spiritus immundus dupliciter appellari solet, vel ille, qui extrinsecus animam innadit sensusq; conturbat, & quendam hominibus infert furorē, cui excludendo, qui possunt manū imponere, Exorcista dicuntur, hoc est, per diuina eum adiurando expellere. Dicitur etiam Spiritus immundus anima immunda, vitijs & erroribus inquinata, nunc autem, sicut dicit Aug. in lib. de nuptijs & concupiscentia ad Valerium, exorcisuntur paruuli & sufflantur, ut in regnum Christi a potestate tenebrarum, hoc est, Diaboli & angelorum eius eruti transferantur.

Quartò succedunt Acoluthi, qui
lati-

latine dicuntur Ceroferarij, à deportandis cereis, quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum, quorum ordo à filijs Aaron sumpsit exordium. Unde in Exodo: Præcipe filijs Israël, ut offerant tibi oleum de arboribus olyuarum purissimum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo ante velum, & collocabunt eam Aaron & filij eius. Hi audiunt ab Episcopo: Accipite Ceroferarium cum cereo, ut sciatis nos ad accendenda Ecclesie luminaria mancipari. Quod tamen in Exodo istud officium ascribitur Aaron & filijs eius, non mireris. Multa enim sunt non solum in nouo testamento, sed etiam in veteri addita & mutata secundum illud, quod dixit Dauid in Paralip. Non erit officium Levitarum, ut ultra portent tabernaculum & omnia vasa eius administrandum.

CAP.